

rarius, repelli potest per exceptionem, ut non audiatur, quousque ipse usuras restituerit, quia frustra implorat beneficium legis, qui contra legem peccavit juxta cap. quia frustra h. t. 2do si mutuatarius voluit dare gratuito mutuanti aliquid ultra sortem (quamvis usurarius, uempe mentalis non vero realis, sinistro oculo ad lucrum respiciens propterea se resolverit ad dandum mutuum) non tenetur ad restitutionem, si gratuito oblatum cum gratiarum actione acceptet, modo cognoscat gratuitam alterius voluntatem, quæ non præsumitur.

Q. Quænam sint pœnæ usurariorum?

R. Pœnæ usurariorum sunt 1mo infamia juris 2do exclusio à S. Communione ad quam usurarius publicus non admittitur 3tio exclusio ab oblatione in Ecclesiis fieri solita 4to non admissio ad confessionem peccatorum, donec satisfecerit vel idoneam cautionem præstiterit vel urgente mortis periculo juraverit se non habere unde satisfaciatur, aut se operam daturum ut per hæredes satisfiat. Et privatio Ecclesiæ sepulturæ cap. quia 3. de usur. & cap. quamquam 2. eod. tit. in 6. ex quo ista pœna est privatio facultatis validè testandi, nisi præstiterit ante mortem sufficientem cautionem. b. Magistratus approbantes per statutum vel aliam dispositionem usuras excommunicantur per Clem. un. de usur. advertendum autem, quod hæc pœnæ in foro externo vix incurrantur: quia usura inter ista vitia computatur, quæ quo magis sunt communia, eo sunt occultiora & pluribus prætextibus palliata.

DISPUTATIO XXXIV.

De Promissione, Donatione & Testamento.

Licet non undequaque propriam contractus rationem habeant hæc tria, attamen quia ex voluntatum

De Pr
luntatum
nem, final

DICO
test

ra signa...

autem ali

Q 88. A

Expl

berata &

tâ & poss

tate prævi

cut omnis

enim vis m

stus, extr

irritos, att

haber exce

inde ut effi

metus abet

unctionem

quibus nor

per hoc eti

exprimit al

se obligan

præstanda

impossibi

res prom

tem pron

ad partem

bet per in

nes quæ

leni pecc

quæ tollu

DE PROMISSIO. DONATIO. & TESTAMEN. 287
luntatum humanarum consensu inducunt obligatio-
nem, finaliter de his agendum.

QUÆSTIO I.

De Promissione.

DICO Promissio, quæ ab homine fit homini, non po-
test fieri nisi per verba, vel quacunque extero-
ra signa . . . procedit ex proposito faciendi; propositum
autem aliquam deliberationem præexigit S. Th. hic
Q 88. A. 1. O.

Explicatur Conclusio: Promissio definitur: deli-
berata & spontanea fidei datio de præstandâ re lici-
tâ & possibili. *Dicitur 1.* deliberata quia à volun-
tate præviâ cognitione regulatâ debet procedere si-
cut omnis contractus *Dicitur 2.* spontanea: licet
enim vis moralis vel metus juxtâ suprâ dicta contra-
ctus, extrâ casus speciales, non reddat ipso jure
irritos, attamen propter injustitiam cogentis coactus
habet exceptionem; quod vi metusvè causâ, ac pro-
inde ut efficax ex promissione oriatur obligatio, vis &
metus abesse debet. *Dicitur 3.* fidei datio ad di-
stinctionem donationis & aliorum contractuum,
quibus non fides obligatur, sed res ipsa præstat; per
hoc etiam differt à simplici proposito, per quod
exprimit aliquis se velle aliquid facere absque animo
se obligandi ex justitia vel fidelitate *Dicitur 4.* de
præstanda re licita & possibili, quia ad malum vel
impossibile nulla potest esse obligatio, ideoque si
res promissa ex parte sit illicita, quoad illam par-
tem promissio non obligat, licet adhuc obliget quo-
ad partem licitam juxtâ R. J. 37. in 6. *utile non de-
bet per inutile vitiari*, item invalidæ sunt promissio-
nes quæ præbent occasionem peccandi: ut si vo-
lenti peccare promittas ipsum non accusare; item
quæ tollunt libertatem de rebus suis deponendi: ut

si promittas facere testamentum in gratiam alicujus, vel factum non revocare, quæ promissiones in jure dicuntur esse contra bonos mores nempe civiles: quia sunt de re, quam non expedit tolerari à republica; quia tamen tales promissiones non sunt contra bonos mores naturales vel sunt de re absolutè licita, hinc juramentum iis adjectum est servandum.

2. Ut obliget promissio homini facta, debet esse exterius per verba formalia vel æquivalentia expressa atque à promissario acceptata, ità quoad forum externum clarum est ex l. 1. ff. de V. O. lib. 41. quoad forum internum probatur: omne pactum essentialiter constat duorum vel plurium consensu, hinc in omni promissione subintelligitur tacita hæc conditio: si alter acceptet, & ità obligatio non oritur quidem ab acceptatione, ut à causa primaria, sed secundaria integrante rationem pacti, ex quo adæquatè sumpto oritur obligatio, vel saltem oritur ab acceptatione tanquam conditione sine qua non; potest tamen jus hanc acceptationem supplere, sic promissiones factæ reipublicæ aut communitati & juxta multos Ecclesiis vel locis piis sunt irrevocabiles ante acceptationem factam ab homine, sed non ante acceptationem factam à jure.

Hujus acceptationis terminus, si promissarius adsit, est, ut fiat in continenti vel quasi continenti pro ratione circumstantiarum: ut patet ex l. continuus 133. ff. de V. O. & ratio est: quia promissor non potest prudenter censerì velle diu suum consensum tenere suspensum, sufficit autem sæpius quod promissarius audiens à promittente promissionem fieri, taceat: quia in materia favorabili taciturnitas præsumitur esse consensus juxta R. J. 43. in 6. *qui tacet, consentire videtur*, secus est in materia odiosa juxta aliam. R. 44. *qui tacet, non fatetur*:

sed

De Pr
sed nec
absit, ad
fenti res
teras ad
nuntio ve
ad promit
voluntate
suo non re
si enim re
tius solut
invalida
illa revo
12. ff. m
ut merus
catio num
nium, qu
lidè, e
nec alteri
de procur
facta est,
promissore
tuo, valic
haredes pr
missarii rat
nomine pr
tum jus &
sic ad hæc
nem acce
talem ha
testate pr
lato, ser
quia hi ce
missario
pro filio,
tenui 40
2. Th

sed nec utique negare videtur ; si vero promissarius
 absit, ad valorem promissionis requiritur 1^{mo} ut ab-
 senti res ex destinato insinuetur per nuntium vel lit-
 teras 2^{do} ut promissarius absens coram eodem
 nuntio verbis ad ipsum directis, vel per epistolam
 ad promittentem destinatam acceptet, ut sic eorum
 voluntates in unum concurrant. 3^{tio} ut promissio
 non revocetur à promissore ante acceptationem:
 si enim revocetur, & nuntius se habeat merè ut nun-
 tius solum curam habens nuntiandi, acceptatio est
 invalida, nec promissor ad quidquam tenetur, sive
 illa revocatio nuntio innotuerit, sive non l. si vero
 12. ff. mandati lib. 17. tit. 1. si vero non se habeat
 ut merus nuntius, sed ut procurator, debet revo-
 catio nuntio fuisse intimata, excipitur matrimo-
 nium, quod per procuratorem promittitur inva-
 lidè, etsi revocatio mandati nec procuratori
 nec alteri contrahenti innotuerit cap. procurator 9.
 de procur. in 6. lib. 1. tit. 19. si promissio absenti
 facta est, & ab alio nomine promissarii acceptata,
 promissore vel promissario ante ratificationem motu-
 tuo, valida est promissio nec revocari potest per
 hæredes promissoris, sed econtra per hæredes pro-
 missarii ratificari potest: quia per acceptationem
 nomine promissarii factam est promissario acquisi-
 tum jus & ex promissione nata obligatio, quæ tran-
 sit ad hæredes. Porro nomine alterius promissio-
 nem acceptare possunt 1^{mo} quicumque ad id spe-
 cialem habent commissionem 2^{do} quisque sub po-
 testate promissarii constitutus: ut religiosus pro Præ-
 lato, servus pro domino, filiusfamilias pro patre:
 quia hi censentur una & eadem persona cum pro-
 missario 3^{tio} qui alterius curam gerit: ut pater
 pro filio, tutor pro pupillo, curator pro mino-
 renni 4^{to} Judex & notarius in iudicio 5^{to} is qui

ex promissione commodum reportat : ut uxor pro marito , creditor pro debitore & quilibet pro Ecclesia.

Quando promissio necdum est facta sed mandata fieri , & ante executionem mandati promittens moritur , non potest promissio validè acceptari , si mandatario vel promissario innotuerit mors promissoris , secus si ante acceptationem non innotuerit , ex hoc principio generali , quod mandatum generaliter exspiret morte mandantis , si autem promissio sit facta per nuntium vel litteras & ante traditionem litterarum promittens moriatur juxtà multos adhuc validè promissio acceptatur : quia hujusmodi promissio ex parte promittentis est perfecta , nec est ante mortem revocata , estque facta gratia quæ juxtà regulam generalem morte non extinguatur.

Q. Qualis obligatio ex promissione oriatur ?

R. 1. Nuda promissio ex fidelitate solum obligat sub veniali. Ita S. Th. hic Q. 88. A. 3. ad 2. dicens: *quod secundum honestatem ex qualibet promissione homo homini obligatur : & hæc est obligatio juris naturalis , sed ad hoc , quod aliquis obligetur ex aliqua promissione obligatione civili , quedam alia requiruntur. Ratio est : quia consensus voluntatis contentus intra limites & sub motivo fidelitatis non inducit aliam obligationem , quam honestatis moralis sub eadem virtute ; sed nuda promissio etsi acceptata continetur intra limites & sub motivo fidelitatis ; ergo non parit obligationem aliam quam honestatis moralis , quæ secundum communem doctorum sententiam non est gravis sub mortali : quia non respicit debitum rigorosum & legale , sed tantum morale , quod non habet valde necessariam connexionem cum convictu societatis humanæ , uti & praxis quotidiana*

na testatur, juxta quam violationes hujusmodi promissionum simplicium non admodum aestimantur, & si a promittentibus exigeretur juramentum aut chirographum, responderent, se nolle sub tanta obligatione promittere, potest tamen aliquando per accidens ex violatione datae fidei magnum detrimentum promissario evenire, & tunc absque dubio erit mortale vel contra charitatem vel justitiam: ut si quis v. g. promittens servare secretum magni momenti illud revelet.

2. Promissio obligat ex justitia sub mortali, si promittens civilibus instrumentis & signis exprimat voluntatem se civiliter obligandi, quibus in judicio cogi possit ad servandam promissionem v. g. si promissionem firmet chirographo cum subscriptione; si promittat coram notario & testibus, tunc enim inducitur debitum legale, ergo promittens ex justitia sub obligatione gravi promissum servare tenetur.

3. Videtur probabilius, quod promittens promissione simplici id est: non vestita solemnitatibus juris per stipulationem, notarium, testes, scripturam &c. ex sola intentione promittentis obligetur ex justitia sub obligatione gravi, de promissione mutua id constat ex contractu sponsalium, qui juxta omnes absque his solemnitatibus obligationem gravem ex justitia inducit. De aliis *Ratio est*: quia promittens potest per suam voluntatem exterius manifestatam promissario acceptanti dare verum jus ad rem promissam, & tunc obligabitur sub obligatione gravi justitiae; tollitur tamen omnis obligatio promissio nis, quotiescunque post illam fit circumstantiarum mutatio talis, ut illis praevisis non fuisset facta promissio, ut si servare promissum cederet in notabile promittentis dispendium.

Donatio à dono dicta doni datio ex l. senatus 35. §. 1. ff. de donat. mort. caus. lib. 39. tit. 6. describitur ex l. donari 29. ff. de donat. lib. 39. tit. 5. rei licitæ (sive donari non prohibitæ) nullo jure cogente ex mera liberalitate facta collatio sive datio liberalis: aut practica expressio voluntatis quantum est de se hic & nunc dominium transferentis, non onerosa nec debita saltem ex justitia; quare donatio antidotalis vel remuneratoria ex gratitudine beneficii vel obsequii accepti est vera donatio, non tamen adeo stricta, quia non est datio doni omnino indebiti, sed solum indebiti ex justitia.

Variè dividitur donatio alia enim est *perfecta*, quæ fit cum rei donatæ traditione, alia *imperfecta*, quæ fit solum verborum officio, alia *inter vivos*; quæ absolutè & de præsentì donator transfert dominium in donatarium, alia *mortis causa*, qua non absolutè & irrevocabiler sed conditionatè donator aliquid donat post mortem tradendum sub hac conditione, si non revocaverit ante mortem, alia *pura*, quæ caret omni modificatione, alia denique *non pura*, quæ adjectum habet modum vel conditionem.

Donare possunt propriâ autoritate illi omnes & soli, qui habent dominium & administrationem rerum cum facultate alienandi, quare pupilli, minores, filii familias, uxor, religiosus non nisi in certis casibus donare possunt, de quibus alibi. Specialiter tamen irritantur donationes certarum personarum.

1^{mo}. Donatio simplex & liberalis facta conjugii à conjugè est jure communi invalida & revocabilis

pro

De P
pro arbit
vir, & un
amore se
dupliciter
motivo r
possit licit
si superviv
tem res f
presè ve
juges.
2^{dò} C
est inval
bus inter
men hujus
emancipa
tris facta f
beris facte
3^{tio} I
præsentiu
l. 4. Cod.
quia qui sic
leges repr
viles.
4^{to}. De
lidum ex g
telligitur
excessum
sinuatione
eam in ac
de donat
cta donat
conscient
nante vel
ventiam d
ter irritata

pro arbitrio donantis l. 1. & 2. ff. de donat. inter vir. & uxor. lib. 4. tit. 20. ne conjuges ex mutuo amore se bonis suis spolient, hæ donationes tamen dupliciter firmantur nempe juramento, ità ut ex motivo religionis donans donatum revocare non possit licitè: de his plura supra. Et morte donatoris, si supervivat donatarius eique ante donatoris mortem res fuit tradita, & donatio non revocata expressè vel tacitè v.g. per divortium factum inter conjuges.

2dò Donatio facta filiofamilias à patre regulariter est invalida per l. donationes 25. Cod. de donationibus inter virum & uxorem lib. 5. tit. 16. firmatur tamen hujusmodi donatio, si ante mortem patris aut emancipationem non fuerit revocata, donatio matris facta filio valet, item donatio filiifamilias pueris facta patri vel matri de bonis castrensibus.

3tio Donatio inter vivos omnium bonorum tam præsentium quam futurorum est invalida jure civili l. 4. Cod. de inutilibus stipulationibus lib. 8. tit. 39. quia qui sic donat, privat se potestate testandi, quod leges reprobant tanquam contra bonos mores civiles.

4to. Donatio ultra quingentos solidos (per solidum ex generali consuetudine in nostra moneta intelligitur ducatus) jure civili est invalida, quoad excessum etiam in foro conscientie, nisi fiat cum insinuatione donationis coram Judice & tabellione eam in acta publica referente l. sancimus 34. Cod. de donat. lib. 8. tit. 54. potest tamen donatarius facta donatione ultra summam lege præscriptam tutâ conscientie etiam excessum retinere, donec à donante vel ejus hærede repetatur, vel per Judicis sententiam donatio rescindatur: quia non est simpliciter irritata à jure civili, sed solum sub conditione,

si donator illam revocaverit, & tunc in conscientia donatarius est obligatus excessum restituere. Porro excipiuntur plures donationes, quæ excedentes summam quingentorum ducatorum sunt validæ absque insinuatione ut 1. donatio facta alicui in reparationem ædium suarum quæ corruerunt vel incendio perierunt per l. penult. §. 2. Cod. de donat. 2. donatio in redemptionem captivorum, imo quævis donatio facta Ecclesiæ, loco pio vel ad quamlibet causam piam 3. donatio remuneratoria beneficiorum & obsequiorum, dummodo donatio merito non excedat, & universim loquendo omnis donatio quæ fit ob causam ut ad militiam, studia, nuptias &c.

DICO Propter eius ingratitude, in quem liberalitas est collata, donatoris persona de rigore juris eam potuit revocare. . . . quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur successores cap. fin. lib. 3. tit. 24. de donat.

Explicatur : Licet donatio inter vivos ex natura sua irrevocabilis sit, attamen revocabilis est ex causa ingratitude in casibus à jure tum canonico in cap. cit. tum civili in l. fin. C. de revocand. donat. lib. 8. tit. § 6. expressis videlicet, si donatarius donatorem suum gravi injuriâ in fama aut honore aut damno in rebus afficiat, ei violentas manus inferat, ejus vitæ insidietur, modum donationi adjectum non impleat de quibus cit. l. fin. *ex his tantummodo causis si fuerint in iudicium dilucidis argumentis cognitionaliter approbatæ, etiam donationes in eos factas everti concedimus.* Unde videtur de rigore juris ob solas causas expressas non ob alias etiam graviores, donationem inter vivos revocari posse, æquitati tamen videtur conformior sententia asserens, ob similes causas & à potiori ob graviores in iudicio probatas à donante donationem revocari posse. Exci-

De P
Excipi
gratitudi
munerato
clesiæ vel
tuli vel eti
setur facta
3. Donat
non potes
necficiati
sam à do
res don
citur, A
missam
Q. Q
pore don
donatio in
R. 1. I
ut qu
norum su
donatione
de revoca
primis si c
causam, t
sed solum c
Cod. de ir
natio rem
commode
natio rev
cantur Fi
principis
2. De
est inoffic
tatis; ut
etiam per
ut reliqui

Excipiuntur tamen quædam donationes, quæ ob ingrati-
tudinem revocari nequeunt: ut 1. donatio re-
muneratoria, vel ob causam facta 2. donatio facta Ec-
clesiæ vel pio loco ob ingrati-
tudinem prælati vel capi-
tuli vel etiam utriusque revocari nequit: quia illa cen-
setur facta Deo, in quem nulla cadit ingrati-
tudo. 3. Donatio facta filiæ in dotem 4. collator beneficii
non potest revocare collationem ob ingrati-
tudinem be-
nificiati 5. si donator scivit ingrati-
tudinem commis-
sam à donatario & siluit, ipso mortuo successor vel hæ-
res donationem revocare non potest ut in cap. cit. di-
citur. Aliud est, si vel donator ingrati-
tudinem com-
missam ignoraverit vel revocare non potuerit.

Q. Quomodo propter prolem vel existentem tem-
pore donationis vel supervenientem revocari potest
donatio inter vivos?

R. 1. Donatio revocari potest ratione prolis suscep-
tæ, ut quia donator carens prole magnam partem bo-
norum suorum donavit, si ei postea proles nascatur
donationem factam revocare potest L. si unquam 8. ff.
de revocand. donat. ab hâc regulâ fit exceptio im-
primis si donatio sit facta Ecclesiæ vel ad aliam piam
causam, tunc de rigore juris non revocatur in totum,
sed solum quoad liberorum legitimas arg. L. si mater. 7.
Cod. de inofficiosâ donat. lib. 3. tit. 29. Deinde do-
natio remuneratoria vel ob aliam causam facta, quæ
commodum respicit donatoris. Denique nulla do-
natio revocari potest ex hoc, quod postmodum nas-
cantur Filii naturales, quamvis etiam per rescriptum
principis legitimentur.

2. Donatio ob extantes liberos revocari potest, quæ
est inofficiosa, vel quæ est contra officium paternæ pie-
tatis: ut si Pater vel Mater uni vel pluribus Filiis, vel
etiam personæ extraneæ in tantâ quantitate donavit,
ut reliquis Filiis legitima sive portio ipsis debita auferatur

tur vel minuatur; tunc enim hi possunt per querelam apud iudicem institutam post mortem parentis donatoris revocare donationem non quidem in toto, sed quantum modum excedit, & legitimam ipsorum portionem minuit constat ex pluribus LL. Cod. de inofficiosa donat. lib. 3. tit. 29. sicut autem donatio potest esse inofficiosa respectu descendendum, ita etiam respectu ascendendum, ut Patris, avi. &c.

Q U Æ S T I O III.

De Testamentorum valore & heredibus.

QUAMVIS testamentum propriè non sit contractus, quia tamen se habet instar contractus gratuiti & à donatione mortis causa non multum differt, hinc ejus examen hic annectitur. Dicitur autem testamentum quasi testatio mentis eo, quod in eo disponens exprimat voluntatem suam, quid post mortem suam fieri velit, contineturque quasi species sub genere, quod est ultima voluntas, sumendo non pro formali voluntatis potentiâ vel actu, sed pro ultimæ voluntatis expresso signo, quo sensu ultima voluntas est voluntatis nostræ justa sententia, quod quis post mortem suam fieri velit; ac ita species ultimæ voluntatis sunt quinque: testamentum, Codicillus, Legatum, fidei commissum & donatio mortis causa de quâ in præcedenti quæstione, *Codicillus* est ultimæ voluntatis dispositio, qua circa testamentum aliquid explicatur, additur, mutatur sine directâ hæredis institutione, & ita est quoddam quasi supplementum testamenti. *Fidei commissum* est, quo hæres gravatur, ut vel totam hæreditatem vel certam ejus partem alicui alteri restituere cogatur, *Legatum* est ultima voluntas, quâ jubetur hæres certam aliquam & particularem rem alicui tertio præstare. De testamento

DICO:

De I
DICO
S. Th. 3.
Expl
voluntat
tam hæ
sitionem
tione test
ipsum ut
Divic
Author
judicio
fide pri
commu
non solet
solemnita
privilegio
parentum
propriâ
tionem a
constet de
tatem sua
raverint,
bellicâ, c
decedenti
que p
diversitat
Scriptum
solet voc
datur,
tatem ex
modi sc
Nuncup
declarat
quam pte

DICO I. *Testamentum est hereditatis dispositio.*

S. Th. 3. p. q. 78. a. 3. ad 3.

Explicatur: Differt testamentum ab aliis ultimæ voluntatis speciebus, quod sit: ultima voluntas directam hæredis institutionem includens, qui talem dispositionem facit, dicitur testator, qui verò ex dispositione testatoris in universum ejus jus succedit, hæres, & ipsum universum defuncti jus hereditas appellatur.

Dividitur autem testamentum in publicum, quod Authoritate publicâ nititur, eò quod coram principe vel judicio sit conditum, & privatum quod authoritate sive fide privatorum nititur, & tale vel est solemne, quod communes à jure præscriptas solemnitates obtinet vel non solemne, quod licet omnibus vel aliquibus juris solemnitatibus destitutum sit, nihilominus singulari juris privilegio sustinetur; talia privilegiata testamenta sunt parentum inter liberos, quæ valent si Pater vel Mater propriâ manu litteris non cifris cuilibet proli suam portionem adscripserit cum designatione anni & diei ut constet de manu scribentis Patris vel matris, vel si voluntatem suam aliter sufficienter, ut de eâ constet, declaraverint. Militum in actuali conflictu vel expeditione bellicâ, quæ valent, modò sufficienter de voluntate decedentium constet. Tempore pestis condita, ad quæ plures vel pauciores solemnitates requiruntur pro diversitate periculi; testamentum solemne aliud est *Scriptum*, aliud *nuncupativum*, *scriptum*, quod etiam solet vocari *clausum*, ex hoc, quod communiter claudatur, est id, in quo testator suam ultimam voluntatem exhibet in scriptis adhibitis testibus, qui hujusmodi scripturæ subscribunt, & sigilla sua apponunt; *Nuncupativum* est, in quo testator voce coram testibus declarat, quid post mortem suam fieri velit, quam plerumque nuncupatio vel declaratio ultimæ vo-

T s

lunta

DICO:

luntatis hodie dum in scriptum à notario publico redigi solet ad vitandas fraudes & pro majori securitate, cum testes facilè mori possint. Quoad utriusque requisita attendenda sunt cujuslibet loci statuta, generaliter attentò jure Cæsareo ad valorem testamenti scripti requiruntur sequentes essentialia solemnitates 1. Ut expressis verbis instituatür hæres & hæredis nomen propriâ manu testatoris in eo scribatur, vel si manu alienâ testamentum sit scriptum, ei testator propriâ manu subscribere debet coram testibus, vel octavum testem adhibere, qui loco vel nomine illius subscribat. 2. Ut testator testamentum propriâ vel alienâ manu subscriptum etsi clausum ostendat testibus, dicatque in illo contineri suam ultimam voluntatem. 3. Ut adhibeantur septem testes rogati & requisiti, masculi, puberes de falsitate non suspecti (ut esset hæres) & qui aliàs in iudicio testimonium legitimè ferre possent; debent hi testes adesse in præsentia testatoris, ut eum non tantum loquentem audiant, sed etiam coram intueantur. 4. Testes debent propriâ manu testamentum subscribere & signeto signare. 5. Hæc omnia debent fieri eodem loco & tempore absque interruptione morali, ut videlicet ante absolutionem totius actûs illi, qui ad actum concurrunt, ad alia non divertant, aliàs necessitatis causa facta digressio non discontinuat moraliter; ad valorem testamenti nuncupativi sufficit, quod testator coram septem testibus descriptis simul uno eodemque tempore ultimam voluntatem suam tam circa hæredis institutionem, quam circa legata distinctâ voce declaret.

De jure Canonico ad valorem testamenti requiritur imprimis ut fiat coram duobus vel tribus testibus, qui (cum in eo Jus civile non inveniatur correctum) debent esse masculi, rogati. Deinde ut fiat coram Parocho testatoris: colligitur ex cap. cum esses 10. de testam. lib. 3. tit. 26. in terris jurisdictioni temporali

De
 si summ
 hibere se
 rio solen
 mento fi
 Q. 1
 conform
 R. P
 ob defec
 no irritu
 hæres e
 nem hæ
 maxim
 est; q
 actum a
 fraudis in
 no conse
 quales su
 solempit
 Dices
 dicitur:
 commissi
 si sua spor
 Item L.
 Etsi inut
 heredes o
 fideicom
 bus eius
 scriptur
 voluntat
 voluntat
 pressa in
 R. L
 commissi
 ex valore
 agnosce
 li

Et summi Pontificis subjectis sufficit in testamento adhibere solemnitates juris Canonici. Clerici in imperio solemnitates juris Civilis adhibere debent in testamento facto ad causas profanas.

Q. 1. Qualiter necessarium sit testamentum legibus conformari?

R. Probabilius est testamentum ad causas profanas ob defectum solemnitatum jure positivo in foro externo irritum etiam in conscientia invalidum esse, ita ut hæres ex tali testamento institutus teneatur ad restitutionem hæreditatis acceptæ faciendam hæredi ab intestato, maximè si illam petat; hujus præcipuum fundamentum est; quia leges absolute irritantes contractum vel actum aliquem propter suspicionem vel periculum fraudis in communi etiam illum irritant in foro interno conscientie, quippe in quo obligant leges justæ quales sunt Civiles irritantes testamenta facta absque solemnitate.

Dices; L. 16. lib. 6. tit. 23. Cod. de testamentis dicitur: *Etsi voluntas defuncti circa legata seu fideicommissa seu libertates legibus subnixæ non sit, tamen si sua sponte agnoverit, implendi eam necessitatem habeat*. Item L. 2. lib. 6. tit. 42. Cod. de fideicommissis, *Etsi inutiliter fideicommissum relictum sit, tamen si heredes compertæ voluntate defuncti prædia ex causâ fideicommissi avo tuo præstiterunt, frustra ab hæredibus eius de eâ re questio tibi moveatur cum non ex solâ scripturâ sed ex conscientia relictæ fideicommissi defuncti voluntati satisfactum esse videatur*. Ergo ultima voluntas quomodocunque absque solemnitatibus expressa in foro conscientie obligat.

R. Leges illas obligare hæredem ad legata & fideicommissa in testamento non solemniter relicta, non tam ex valore testamenti quam ex facto proprio hæredis illa agnoscentis: quia videlicet ipse hæres præsens talem esse

esse voluntatem testatoris cognovit, & propterea eandem implere cœpit: licet ex vi testamenti imperfecti nulla ipsi sit imposita obligatio. Quod si hæres ab intestato in iudicio hæreditatem testamento imperfecto relictam petat, ac iudex, sicut debet solemnitatibus destituto testamento valorem denegare, hæredem scriptum ad hæreditatem restituendam condemnet, absque dubio eandem hæredi ab intestato restituere obligatur.

Quæ autem de solemnitatibus dicta sunt, intelligi debent de testamentis factis ad causas profanas: quia testamentum vel alia quæcunque voluntas ultima ad pias causas facta, quæ scilicet principaliter & directè tendit ad honorem Dei aut Sanctorum vel Spiritualem animæ salutem, defunctorum solatium, captivorum redemptionem, pauperum sustentationem, si aliquid relinquatur Ecclesiis vel piis locis sine solemnitatibus juris Civilis & Canonici valet in utroque foro & solum requiritur, ut habeat id, quod jure naturali & gentium exigitur, modo de voluntate defuncti, qui de rebus suis liberam disponendi facultatem habet, constat sive per testes quoscunque, sive per scripturam aut subscriptionem testatoris sive per confessionem hæredis. Est communis & colligitur ex cap. relatum 11. lib. 3. tit. 26. de testam. quare tale testamentum ad pias causas absque solemnitate valet etiam quoad legata profana in eo relicta; quia subsistente principali etiam subsistit accessorium, econtra tamen etsi testamentum quoad principale videlicet hæredis institutionem ex defectu solemnitatis non subsistat, valet tamen quoad legata pia: quia ultimæ voluntates, quatenus se extendunt ad causas pias, ob defectum solemnitatum non infirmantur, imo si testamento inchoato nec absoluto testator moriatur, licet alias invalidum sit, valet tamen quoad legata pia in eo jam expressa, testamentis ad causas

De P
causas pias
quibus ip
mittitur,
ultimæ vo
peltiferor
ctum est,
Q. 2.
Te
ge imped
ceditur,
dam, a
vivos de
mam vo
positionis
dubium e
quod oria
quod Test
pore, pr
disponend
positivo ve
nullo mod
Impedit
animi infa
ob defectu
quia volu
quod si ex
tur testari
in scriptis
furiosos l
cida inter
tint, eo
jus prob
tam factu
liter aut l
morosè s

causas pias alia quædam privilegiata accensentur, in quibus ipsius juris indulgentiâ rigor solemnitatum remittitur, ut sunt Testamenta Parentum inter liberos, ultimæ voluntates militum vel personarum militarium, pestiferorum tempore pestis &c. de quibus jam dictum est.

Q. 2. Quinam possunt Testamentum condere?

R. Testari possunt, qui neque à natura neque à lege impediuntur. *Ratio est:* quia quod inter vivos conceditur, illud magis in ultimâ voluntate est concedendum, atqui apud omnes gentes & de jure naturæ inter vivos de rebus suis disponere licet, ergo etiam per ultimam voluntatem. An autem vis & efficacia illius dispositionis oriatur ex jure naturæ vel ex jure positivo, dubium est, probabilior videtur sententia asserens, quod oriatur vis Testamentorum ex jure positivo: eò quod Testamenta valeant & jus transferant pro illo tempore, pro quo defunctus nullam ampliùs facultatem disponendi habet nec habere potest, unde nisi ex jure positivo voluntati defuncti hæc efficacia tribueretur, nullo modo ex naturâ rei eidem competere posset.

Impediuntur autem testari I. Natura ob defectum animi infantes & quicumque in usu rationis impediti, ob defectum corporis à nativitate simul surdi & muti: quia voluntatem suam certò manifestare nequeunt, quod si ex accidenti sint surdi & muti, non prohibentur testari, modo ante litteras didicerint, ut testentur in scriptis, cæci possunt testari nuncupativè. Quoad furiosos hæc est facienda differentia, si habuerint dilucida intervalla: id est aliquando rationis usu præditi fuerint, eo tempore facta testamenta valent, verum hujus probatio incumbit ei, in cujus favorem testamentum factum est, si notoriè fuerit perpetuò & insanabiliter aut longo tempore furiosus, si verò fuerit quis notoriè sanæ mentis sed transeunter furiosus incumbit

pro-

probatio ei, qui asserit testamentum tempore furoris esse conditum.

2. Jure Gentium testari prohibentur servi. capti ab hostibus in bello justo; quia quamdiu sunt in hostium potestate sunt servi, hinc licet ad suos redierint, testamenta in captivitate facta non convalescunt; ea vero quæ ante captivitatem fecerunt valent vel jure postliminii si redierint, vel ex L. Cornelia, si in captivitate obierint §. fin. instit. quibus non est permillum facere testamentum lib. 2. tit. 12; Christiani apud Turcas aliasque barbaras Nationes Captivi testari possunt: Jure Gentium etiam prohibentur testari obsides, qui publicatum conventionum firmandarum causa ab uno alteri quasi loco pignoris dantur L. obsides 11. ff. qui testamentum facere possunt. lib. 28. tit. 1.

3. De Jure civili testari nequeunt ob defectum ætatis impuberes, minorennes verò licet alios actus inter vivos sine consensu suorum curatorum celebrare nequeant, sine illorum consensu tamen testari possunt. Ob defectum integri statûs filii familias de aliis bonis quam castrensibus vel quasi testari non possunt; ob vitium morum testari prohibentur prodigi, quibus interdicta bonorum administratio dato curatore, item qui se incestis nuptiis polluerunt, eo quod jure novissimo per novellam 12. cap. 1. Omnia bona amittant eaque fisco cedant, nisi fortè liberos ex justis nuptiis habuerint, item qui ob libellum famosum sunt damnati, rei perduellionis, banniti vel proscripti ab Imperatore vel Camerâ Imperiali, ad mortem vel ultimum supplicium damnati.

4. Ex Jure Canonico inhabiles sunt ad testandum ratione statûs Religiosi professi, quia sui juris non sunt & nec velle nec nolle habent proprium. Can. non dicatis 11. Caus. XII. Q. 1. quæ prohibitio etiam procedit de ipsis Prælati & elevatis ad dignitatem Episcopalem

De P
palem, q
votis per
liberantur
bentur tar
duobus m
testamenta
sed per ear
matur,
Clerici sæ
profanas
strialibus
tis, de l
fisis, ne
nere possu
tis. Potest
secularibus
cularibus
lem licent
In pœni
riheretici
tum Cap.
rui manifest
DICO 2
contra 8.
papillares,
tatio facien
veniat inst
tius quam
in 6.
Explic
vel per i
re necessit
et heredar
Prima
redes in tel

palem, quia voto paupertatis & aliis substantialibus votis per Prælaturam aut Ecclesiasticam dignitatem non liberantur, Novitii testamentum facere non prohibentur tam ante quam post ingressum Religionis etiam duobus mensibus ante professionem, neque horum testamenta per subsequutam professionem rumpuntur, sed per eandem potius tanquam mortem civilem firmantur, ita ut postea revocari nequeant. Episcopi & Clerici sæculares, quamvis testari possint ad causas tam profanas quam pias de bonis Patrimonialibus & industrialibus Cap. quia nos 9. lib. 3. tit. 26. de testamentis, de bonis tamen superfluis intuitu Ecclesiæ acquisitis, nequidem ad pias causas per testamentum disponere possunt ut patet ex pluribus Capitulis de testamentis. Potest tamen summus Pontifex tam Religiosis quam sæcularibus dare facultatem testandi, imò Clericis sæcularibus Episcopus ex privilegio vel consuetudine talem licentiam dare potest.

In pœnam delicti jure Canonico prohibentur testari hæretici (puta non tolerati) percussores Cardinalium Cap. felicis 5. lib. 5. tit. 9. de pœnis in 6. usurarii manifesti.

DICO 2. *Substitutiones facta de filio ad filiam & econtra & de illis ad pauperes directa debent intelligi pupillares, cum in substitutionibus semper sit interpretatio facienda (dummodo earum verbis & personis conveniat institutis) ut substitutio directa intelligatur potius quam obliqua.* Bonif. VIII. in cap. 1. de testam. in 6.

Explico: Hæredes esse possunt omnes non prohibiti vel per institutionem vel per substitutionem, aliqui ex necessitate juris vel hæredes institui vel nominatim exheredari debent.

Prima Pars ostenditur: inductione eorum, qui hæredes in testamento scribi non possunt 1. Servi pœnæ.
2. Dam-

2. Damnati ad triremes & banniti imperii. 3. Damnati ad supplicium. 4. Hæretici non tolerati. 5. Apostatæ sive qui à fide Christianâ defecerunt. 6. Qui Cardinales hostiliter insequuntur capiunt & percutiunt. 7. Perduelles & Rebelles. 8. Qui se incestis nuptiis polluerunt. 9. Collegia illicita quæ scil. speciali lege non sunt approbata, ut sunt Synagogæ Judæorum, L. 1. Cod. de Jud. lib. 1. tit. 9. 10. Religiosi bonorum in communi incapaces, quales sunt minores de observantia & Capucini, de quibus Disp. XIX.

Secunda Pars explicatur : Dupliciter potest à testatore designari hæres (in testamentis ad causas profanas non potest hæredis designatio alterius voluntati committi, sicut in causis piis) imprimis ut ipse primus ad hæreditatem defuncti vocetur, & hæc designatio est propriè institutio. Deinde ut in locum alterius surrogetur, quæ vocatur substitutio, & fit vel directè vel indirectè: directæ fit hoc modo v.g. instituo hæredem Titium, qui si hæres non fuerit: quia vel ante me obiit vel hæreditatem adire noluit, Cajus erit hæres meus; indirecta substitutio est, quando hæreditas defertur substituto mediante hærede, v.g. immediatus hæres gravatur, ut vel totam vel aliquam partem hæreditatis restituat, aut tradat alteri, quæ fideicommissaria substitutio appellatur, & tunc hæres fideicommissario gravatus potest solutis expensis sepulturæ & ære alieno quartam partem hæreditatis, quæ Trebellianica appellatur, à JurisConsulto Trebelliano, deducere, ne hæres gravatus nullum vel exiguum fructum ex hæreditate, quam restituere cogitur, capiens recuset adire hæreditatem, & sic fideicommissa extinguantur. Cap. Raynutius 16. lib. 3. tit. 26. de testamentis, & quidem si hæres necessarius: ut filius & parens: fit gravatus fideicommissio, potest simul legitimam, quæ est triens vel tertia pars bonorum & Trebellianicam de-

trahere

De
trahere
stamentis
Direct
quæ quiv
cedendur
quæ pater
substituit
nem pupi
mente c
quæ testa
pendosa
bertatis
quam su
voluntate
sam, sed
tus in re
lo hæredi
quod illa
sucedunt
prestandu
nisi hæred
in reliquo
extraneis ex
nominent
ti. Quod
tur ut legie
trelinquit
ex verbis
tete an
filium &
ter prem
nepotibu
bus cenfe
Tertia
differenciã
2. 2. 7

trahere juxtâ Cap. Raynaldus 18, lib. 3. tit. 26. de testamentis.

Directa substitutio variè dividitur: alia est *vulgaris*, quâ quivis testandi capax alium, qui sit idoneus ad succedendum loco alterius designat. Alia est *pupillaris*, quâ pater proli infrâ annos pubertatis decedenti alium substituit. Alia est *exemplaris*, eò quod ad imitationem pupillaris substitutionis fiat, quâ quis furioso vel mente capto hæredem substituit, alia est *reciproca*, quâ testator plures sibi invicem substituit, alia est *compendiosa*, quæ comprehendit varia tempora tum pubertatis tum impubertatis: in utraque tam institutione quam substitutione dividenda est hæreditas secundum voluntatem legitimam defuncti non tantum expressam, sed etiam interpretativam. Ex quâ solus institutus in re certâ v.g. domo. 1000. florenis addito vocabulo hæredis, in omnibus succedit, nisi exprimatur, quod illâ re debeat esse contentus, tunc enim in aliis succedunt hæredes ab intestato, & illud expressum est præstandum velut Legatum. Plures in re certâ instituti hæredes illam rem accipient tanquam prælegatam in reliquo simul ex asse succedunt. Aliud est si aliquibus extraneis expressæ res relinquuntur, alii verò simpliciter nominentur hæredes, tunc priores sunt purè Legatarii. Quod si necessariis hæredibus certæ res assignentur ut legitima, extranei ipsis adjuncti, quibus nihil certi relinquitur, in reliqua hæreditate succedunt; etiam ex verbis Testatoris colligi debet an simul plures instituere an vero substituere voluerit, sic v.g. instituens filium & nepotes censetur substituisse nepotes, si Pater præmoreretur, econtrâ instituens filium unâ cum nepotibus, aut aliis verbis collectionem significantibus censetur utrosque instituisse.

Tertia Pars explicatur & probatur: sublatâ hodie differentiâ quoad successionem hæreditariam inter suos

2. 2. *Theol. Schol. Pars posterior.*

V

&

& non suos hæredes omnes & soli ex necessitate juris vel simpliciter & absolutè vel præ aliquibus saltem personis institui aut nominatim expressâ causâ , quam hæres scriptus probare debet , exhæredari debent.

1. Liberi ex legitimo matrimonio geniti aut per subsequens matrimonium legitimati instituendi sunt in legitimâ id est : in tertiâ parte (si sint infra quinque) vel in medietate (si sint quinque & ultra quinque ex Nov. 18. cap. 1.) illius, in quo aliàs ab intestato successissent, nisi nominatim exhæredentur, ad quam exhæredationem prolis legitimæ requiritur, ut adit causa ingratitude, illaque in Testamento specificè exprimatur, causæ autem, ob quas exhæredari possunt, sunt sequentes : quia Parentes percussit, illis maledixit, carcere conclusos neglexit, de crimine quod non sit contrâ Principem vel Rempublicam accusavit, struxit insidias, grave damnum intulit, ab hostibus non redemit, si cum maleficis ut maleficus versetur, filius se novercæ vel concubinæ Patris commiscuerit : impediverit Parentes testari, inter mimos & arenarios, cujus professionis Parentes non sunt, adhuc ut socius perseveret, filia oblatis honestis nuptiis recusatis luxuriosam vitam ducat Nov. 115. cap. 1.

2. Liberis non existentibus Parentes sunt instituendi hæredes vel nominatim exhæredandi ; causæ autem, ob quas Parentes possunt exhæredari ex Nov. cit. cap. 2. sunt sequentes : si filium accusarint de crimine capitali, si parens cum nuru adulterium commiserit, si vitæ filii insidiatus fuerit, si prohibuerit filium testari, si matri venenum præparaverit, si filium carceri inclusum neglexerit, denique si Religionem deseruerit.

3. Præter liberos & Parentes etiam fratres & sorores debent institui hæredes potius quam persona turpis §. 1. lib. 2. tit. 18. instit. de inofficioso Testamento ; Causæ ob quas fratres, quamvis persona turpis nomi-

nata

De
nata sit
Si vitæ
num int
tali crim
pes, qu
res præf
juris live
mimi, l

D
alienam
li vrum
legata,
teneant
tit. 26.

Exple
non pro
voluntate
Donatio,
tionibus i
causa, &
& gratuite
in se susci
gararius v
quia lega
v.g. tali c
differt à
tam hæ
v.g. med
particula
testitui je
3. a defa

nata sit hæres, exhæredari possunt, sunt sequentes: Si vitæ fratris frater fuerit insidiatus, si grave damnum intulerit fratri in bonis suis, si denique de capitali crimine fratrem accusaverit. Personæ autem turpes, quibus extrâ causas ingratitude fratres & sorores præferri debent, sunt omnes infames sive infamiâ juris sive infamiâ facti ut concubinarij, meretrices, mimi, lenones, bonorum dilapidatores.

Q U Æ S T I O I V.

De Legatis & executione.

DICO I. *Leges sæculi hoc habent, ut hæres ad solvendum cogatur, si auctor ejus rem legaverit alienam: sed quia lege Dei non autem lege hujus sæculi vivimus valde mihi videtur injustum, ut res tibi legata, quæ cujusdam Ecclesiæ esse perhibentur, à te teneantur* Greg. M. in cap. 5. de Testam. lib. 3. tit. 26.

Explicatur: Legatum sumptum pro actu legandi, non pro re legatâ, est donatio alicujus per ultimam voluntatem facta & ab hærede præstanda. Dicitur. Donatio, in quo convenit non modo cum aliis donationibus inter vivos, sed etiam cum donatione mortis causa, & differt à Testamento, quod non est liberalis & gratuita, sed onerosa donatio, quia hæredis onera in se suscipere debet per Testamentum institutus, legatarius vero de se nullum habet onus. 2. Alicujus, quia legatum debet esse de re particulari & individuâ v.g. tali domo, supellectili, summa pecuniæ, in quo differt à fideicommissio universalis, quod est vel circâ totam hæreditatem, vel circâ partem indeterminatam v.g. mediam vel tertiam partem; fideicommissum enim particulare, quo certa aliqua res v.g. talis domus, ager restitui jubetur in plerisque sequitur naturam legati. 3. à defuncto facta, quia legata non nisi per mortem

legantis acquiruntur, in quo differunt à donationibus inter vivos, quæ semel acceptatæ obligant statim, legatum vero semper potest revocari. 4. *Ab hærede præstanda*, in quo differt à donatione mortis causa, undè licet legatarius statim à morte defuncti acquirat dominium civile legati, non tamen propriâ autoritate occupari id potest sub pœna amissionis legati, nisi ita testator disposuisset, sed est ab hærede præstandum. Qui itidem dominium hæreditatis acquirat adeundo, id est declarando verbo vel facto. quod velit esse hæres, possessionem verò hæreditatis non acquirat, nisi verâ vel fictâ apprehensione.

Legare possunt iidem qui testari & quidem non tantum rem propriam sed etiam alienam, nisi sit ipsius legatarii, valetque tale legatum, non ut legatarius illud in individuo petere possit, *sed ita ut hæres cogatur redimere eam, & præstare: vel si eam non potest redimere, estimationem ejus dare. Sed si talis sit res cujus commercium non est vel adipisci non potest, nec estimatio ejus debetur* §. 4. instit. lib. 2. tit. 20. de leg. de quo exponunt quidam cap. cit. Greg. M. alii verò probabilius interpretantur, quod in casu hæredes, proprii videlicet defuncti liberi, modicam obtinuerint hæreditatem, & hinc non debuisse rem ab Ecclesiâ emere alteri Ecclesiæ dandam, unde restituendam fuisse ex præcepto S. Greg. priori Ecclesiæ. De tali verò legato pergit cit. §. *Quod autem diximus, alienam rem posse legari, ita intelligendum est, si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat.* Debitum etiam legari potest modo non ex contractu vel delicto sit debitum (aliàs, nisi aliud exprimat, censetur salvo debito voluisse alteri speciatim legare) sed sit debitum ex lege vel statuto v g. legitima, dos, donatio propter nuptias, ita ut legato hoc debitum extingatur.

Q. 1. Qualiter solvenda sunt legata?

DE
R. H
neris illi
ber, si le
fecto inve
ditatis,
quâ insti
Probatu
diam.
Excipi
vires hæ
1. Si te
tur. 2
causa &
duo circa
fat privile
res intra c
scriptam i
fit legata
5. Si hæ
voluntate
bonis hæ
tatit.
Q. 2.
R. Inve
debent cor
minores,
iidem cor
tatis satis
cujus inv
hæreditat
dicatoribus
vere, no
privilegia
te, etiam
tempus co

R. Hæres institutus soluto ære alieno & expensis funeris illisque legatis, in quibus falcidia locum non habet, si legata excedant vires hæreditatis, potest confecto inventario quartam partem sive totius reliquæ hæreditatis, si unicus est ex æsse hæres, sive portionis, in quâ institutus fuit, si plures sint hæredes, deducere. Probatum ex pluribus legibus lib. 35. tit. 2. ff. ad falcidiam.

Excipiuntur autem certi casus in quibus, etsi legata vires hæreditatis adæquent, falcidia detrahi nequit.

1. Si testator expressè prohibuerit, ne falcidia detrahatur.
2. Si legata sint facta ad pias causas, nisi etiam causa & locus pius sit hæres institutus: quia quando duo circa eandem rem gaudent æquali privilegio, cessat privilegium & servatur jus commune.
3. Si hæres intrâ certum tempus & juxtâ formam à lege præscriptam inventarium non confecit.
4. Si res alicui sit legata cum modo adjecto, ut alienari non possit.
5. Si hæres à Judice admonitus intrâ annum testatoris voluntatem non fuit executus.
6. Si hæres aliquid ex bonis hæreditatis surripuerit, detraxerit vel occultarit.

Q. 2. Quæ utilitas inventarii?

R. Inventarium successit juri deliberandi, illudque debent conficere tum Tutores & curatores, si pupilli, minores, prodigi sint instituti hæredes, aliàs & damnatissimi idem compensare & creditoribus ultrâ vires hæreditatis satisfacere tenentur; tum gravati fideicommissis, cujus inventarii effectus sunt, quod beneficio inventarii hæreditatem adiens ab omni periculo sit immunis, creditoribus ultra vires hæreditatis non sit obligatus solvere, non teneatur examinare quis ex creditoribus sit privilegiatus, sed cuivis liquido creditori possit solvere, etiam aliud pro alio invito creditori, neque intrâ tempus conficiendi inventarii à creditoribus inquietari

potest L. fin. § 5. 6. & 11. lib. 6. tit. 30. Cod. de iure deliber.

Q. 3. Qualiter dividenda sint legata pia?

R. Ex omnibus, quæ Ecclesiis monasteriis aliisve piis locis à fidelibus pro salute animæ sunt legata, debetur Episcopo quarta vel tertia, quæ vocatur funeralium, propter superioritatem ad omnia loca pia & communicationem, quæ est inter Episcopum & Ecclesias inferiores, & generalem totius Diocesis sollicitudinem ex cap. requiristi 15. de testam. ex quo legatum factum Episcopo vel alii prælato ab extraneo censetur relictum intuitu Ecclesiæ, unde ex eo debetur Cathedrali Ecclesiæ sua portio. Quod si legatum expressè sit factum soli Episcopo non debetur aliqua portio Ecclesiæ: secus est, si exprimat, quod velit illud tantum esse Ecclesiæ non Episcopi: quia privata dispositio testatoris non potest generalem constitutionem Canonis immutare. Quod si & Episcopo & Ecclesiis legatum sit factum, *Si portionem illam cum conditione legavit Episcopo, ut esset illa solâ contentus & Episcopus acceptavit, quia per hoc aliis renunciâsse videtur, de cæteris non poterit exigere portionem: quod si eam ipsi absolutè reliquit, portionem sibi debitam poterit nihilominus de cæteris vindicare. Si verò constituerit, quod in fraudem modicum constituit mortuarium, ut in cæteris Episcopus portione debitâ fraudaretur... Episcopus portione ex illis poterit exigere à Canone constitutam cap. officii 14. de testam. de his, quæ in ornamentis vel pro eis seu fabricâ, luminaribus, anniversario, septimo, vigesimo, tricesimo die sive aliis ad perpetuum cultum divinum legantur Ecclesiis vel reliquis piis locis Canonica portio (dummodo in fraudem non fiat, ut eâ Episcopus seu Parochialis Ecclesia debeat defraudari) deduci non debet. cap. fin. de testam. verum quoad hanc quartam funeralium ita Trid. sess. 25. de reform. cap.*

De
cap. 13.
locis jam
lum dico
esset per
gio aliis
locis piis
portione
li Eccle
gratis
aliis qu
Dico
vibus a
te aut e
impedire
(nisi test
iuncta l
stam. in
Expl
mento e
testamen
pertinet
testatore
res, alii
tores leg
vi. Quo
rit, eju
functi e
3. tit. 2
redem
sunt re
sed ad
nent,
execut
capax,
cutore

cap. 13. Decernit Sancta Synodus, quibuscunque in locis jam ante annos quadraginta quarta, que funeralsium dicitur, Cathedrali aut Parochiali Ecclesia solita esset persolvi, ac postea fuerit ex quocunque privilegio aliis monasteriis, hospitalibus aut quibuscunque locis piis concessa, eadem posthac integro jure & eadem portione, que antea solebat Cathedrali seu Parochiali Ecclesia persolvatur: non obstantibus concessionibus, gratis, privilegiis etiam majori magno nuncupatis, aut aliis quibuscunque.

DICO 2. Pluribus à testatore simpliciter executoribus deputatis uno eorum mortuo vel in remotis agente aut exequi forte nolente, ne voluntatem testatoris impediri vel nimium differri contingat. Poterit alius (nisi testator aliud expresserit) officium executionis injuncta liberè adimplere Bonif. VIII. in cap. 2. de testam. in 5.

Explicatur Conclusio: Ut voluntas defuncti testamento expressa mandetur executioni, triplices sunt testamentorum executores, ad quos illud munus pertinet, alii, qui præferuntur omnibus aliis, à testatore dantur & vocantur testamentarii executores, alii dantur à jure & à lege & vocantur executores legitimi, alii dantur à Jure & vocantur dativi. Quod si nullum testator executorem nominaverit, ejus executio pertinet ad hæredes testatoris defuncti etiam quoad legata pia cap. si hæredes 6. lib. 3. tit. 26. de testamentis, excipiuntur ea, quæ pro redemptione captivorum vel pauperum alimentis sunt relicta: horum enim executio non ad hæredes, sed ad Episcopum loci originis vel domicilii pertinet, si nullus executor testamentarius sit. Porro executor testamenti quilibet esse potest per naturam capax, unde neque religiosi prohibentur esse executores testamenti non solum ad pias sed etiam ad

profanas causas, quia exequi iustam voluntatem defuncti inter pia opera numeratur, religiosus tamen munus executoris absque licentia sui immediati praelati suscipere non potest cap. 2. de testam. in 6. cit. suscepto autem hoc munere, licet alias sit ordinis exempti, debet reddere rationem ordinario loci, & ab hoc, si circa executionem peccaverit, est puniendus juxta Clem. un. lib. 3. tit. 6. de testamentis.

Q. 1. A quo cogendus est executor ad implendam defuncti voluntatem?

R. Non tantum Judex secularis, si hæres vel executor sit laicus, sed etiam Judex ecclesiasticus potest & debet compellere hæres vel executores testamentorum sive clericos sive laicos ad exequendas ultimas voluntates circa legata pia, imò etiam circa profana, ut colligitur ex cap. si hæres 6. cap. Joannes 19. de testamentis: quia Judex ecclesiasticus subvenire debet personis miserabilibus & destitutis omni auxilio, sed defunctus est talis persona: cum ipsamet agere non possit, ut ultima voluntas impleatur; undè si is, cui aliquid in testamento est relictum, legatum suum exigat vel exigere non possit, potest & debet Judex ecclesiasticus aut secularis ex officio compellere hæres vel executorem, ut legatum solvat, si est in mora, colligitur ex cap. nos quidem 3. de testam.

Q. 2. Intrà quod tempus executio sit facienda?

R. Si testator tempus determinaverit in testamento, intrà quod ultima voluntas est exequenda, tunc vel intrà dictum tempus executio est facienda vel ante, si vero nullum sit præfixum tempus, hæres post aditam hæreditatem juxta testatoris debet exequi, qui si neglexerit intrà annum post monitionem, potestas exequendi quoad legata pia devolvitur ad Episcopum

De P
copum ca
bit emol
necessari
dummod
cet 6. de
dis, si fu
insinuatic
gata pia
emolum
cipi pot
præmiss
ante lay
commo
cap. 11.
executor
su neglig
juxta cap
licetum f
mandatu
pam cit.
relictum
tia heredi
hæredibu
intestato.
Q. 3.
tum appl
R. Si
ulam pi
potest,
pium ul
cutorum
testatori
3. de tes
sea sibi
qua per

copum cap. nos quidem 3. de testam. & hæres carebit emolumentis provenientes, nisi foret hæres necessarius, qui portione legitimâ non privaretur, dummodo hæreditas esset divisibilis arg. cap. licet 6. de voto lib. 3. tit. 34. in legatis piis exequendis, si fuerit negligens, & intrâ sex menses à die insinuationis testamenti non solverit, in pœnam legata pia solvere debet cum omnibus fructibus & emolumentis, quæ à tempore mortis testatoris percipi potuerunt, nov. 131. cap. 12. sed si ulterius præmissâ binâ monitione ab Episcopo facta etiam ante lapsum annum non solverit, privatur omnibus commodis ex testamento ipsi delatis, ex nov. 131. cap. 11. quo casu emolumenta, quibus hæres vel executor in pœnam privatur, si testator de illis in casu negligentie non disposuerit, uti disponere potest juxtâ cap. Rainaldus 18. de testamentis, si aliquid relictum fuerit ad causam piam & non executioni mandatum, applicabitur ab Episcopo ad causam piam cit. nov. 131 cap. 11. v. si autem, si vero aliquid relictum sit ad causam profanam, quod ex negligentia hæredis vel executoris provenit, applicatur aliis hæredibus vel collegatariis vel etiam hæredibus ab intestato.

Q. 3. Quid si res ad usum à testatore designatum applicari non possit?

R. Si à testatore aliquid sit relictum ad certum usum pium, ad quem ab executore applicari non potest, legatum non sit caducum, sed ad alium pium usum debet applicari arbitrio Episcopi & executorum. Ità ut, quantum est possibile, voluntas testatoris impleatur. Colligitur ex cap. nos quidem 3. de testam. ibi: *sive in loco, quo constitutum fuerat, seu si ibi non potest, & alibi placet ordinari.* Ratio est: quia per talem commutationem satisficit principali

intentioni testatoris, cujus finis est honor Dei & salus animæ; non potest tamen talis commutatio fieri ab Episcopo absque consensu hæredum & executorum, nisi sine justa causa dissentirent; si vero aliquid relictum sit personæ particulari inexequibile, distinguendum est: vel enim relictum est intuitu misericordiæ, pietatis &c. v. g. pauperi puellæ pro dote, studioso pro expensis studiorum, hoc casu illâ personâ defunctâ alteri personæ legatum est applicandum; quia principalis intentio testatoris manet; vel est magis relictum ex contemplatione & favore personæ, quam ex ratione pietatis &c. quod ex circumstantiis est colligendum, & tunc legatum est caducum ac manet penes hæredem gravatum.

Q. 4. Qualiter legata pia ad usum designatum sunt applicanda?

R. 1. Legata ad pias causas integrè & cum fructibus ad pias causas sunt applicanda, v. g. si fundus relictus, ut intrâ annum monasterium vel Ecclesia ædificetur, omnes fructus ante ædificationem percepti, non hæredi, sed causæ piæ debentur: quia tempus non in favorem hæredis, sed causæ piæ adjectum est, ut hæres intrâ illud tempus v. g. extruat, ipsum vero fundum testator absolutè ad causam piam deputare voluit arg. l. si ità 43. ff. de legatis 2. lib. 3 1.

2. Si res sit relictâ in genere pauperibus vel causæ piæ incertæ, recurrendum est ad præsumptam voluntatem testatoris, ità ut in legato pauperibus relictò consanguinei extraneis, magis egeni minus egenis, sive pauperes parochiæ, in qua testator mortuus fuit, alienigenis sint præferendi; similiter si quis in genere alicui Ecclesiæ vel sodalitati aliquid reliquerit, posito quod plures hujus nominis in eadem civitate vel vicinia invenirentur, præsumitur ante alias cogitasse

DE PR
cogitasse
cujus erat
que Eccl
menta su
qua elegit
quæ est pa
alia non p
monaster
tor suo m
consang
ejus test
præsum
Q. 5.
commuta
R. Ex
toris vol
opus, qu
te auctori
piam, ve
ad causam
16. lib. 2.
3. d. testa
11. de reli
de reform
pus cum c
per epikei
luntate tel
necessariu
coniam a
indiget,
mentis,
applicari
Q. U
succesor
R. of

cogitasse de Ecclesia parochiali vel de sodalitate, cujus erat sodalis; si verò æqualiter solebat utramque Ecclesiam frequentare, vel in utraque Sacramenta suscipere, præsumitur de ea cogitasse, in qua elegit sepulturam, si etiam in hoc sint pares, eam, quæ est pauperior, instituisse censetur; si autem alia non prævaleat præsumptio, in genere relicta monasterio, Ecclesiæ, pauperibus &c. potest executor suo monasterio, suæ Ecclesiæ, suis pauperibus consanguineis, imò & sibi pauperi, si paupertas ejus testatori ignota fuerit, aut de ea non cogitasse præsumatur, applicare.

Q. 5. An & qualiter possit voluntas testatoris commutari?

R. Executores non possunt à justa & licita testatoris voluntate sibi nota discedere & eam in aliud opus, quantumvis melius mutare, nisi interveniente authoritate summi Pontificis in relictis ad causam piam, vel supremi principis sæcularis in relictis ad causam profanam, colligitur ex cap. conquestus 16. lib. 2. tit. 2. de for. compet. cap. nos quidem 3. de testam. Clement. quia contingit 2. lib. 3. tit. 11. de religiosis domibus, consentit Trid. sess. 22. de reformat. cap. 6. potest tamen aliquando Episcopus cum consensu hæredis & aliorum executorum per epikeiam interpretari, non fore alienum à voluntate testatoris, si mutatio in alium usum magis necessarium fiat, v. g. testator legat Ecclesiæ pecuniam ad vasa sacra conficienda, quibus illa non indiget, sed magis indiget casulis aliisque paramentis, potest ad illa comparanda pecunia legata applicari.

Q. Ultimò an officium executoris transeat ad successorem sive hæredem?

R. officium executoris illo mortuo non transit ad hæredes

hæredes ejus. Ità colligitur ex cap. in conclusione cit. & ratio est: quia in nominatione executoris electa est industria & fides personæ; obligationes tamen executoris, quas contraxit malè exequendo v. g. inferendo damnum, transeunt ad hæredes; si executio testamenti sit alicui demandata non sub nomine proprio, sed sub nomine dignitatis vel officii, munus executoris transit ad successorem in dignitate vel officio, nisi ex circumstantiis oppositum colligi posset, quod nimirum munus executoris non dignitatis, quâ gaudet, sed personæ intuitu commissum esset, quia v. g. propinquus vel amicus fuit testatoris arg. cap. requisisti 15. de testam. est autem hoc speciale in executione testamentorum ob testamenti favorem, quod licet in aliis commissio- nibus, si mera vel pura executio alicui sit deman- data etiam sub nomine dignitatis vel officii, illa non transeat ad successorem in officio: quia videtur electa industria personæ, in denominatione tamen executoris testamentarii munus exequendi transeat ad successorem in officio vel dignitate, ne ultima voluntas testatoris inexecuta maneat.

DISPUTATIO XXXV.

De Religione, Oratione, & adoratione.

INter partes potentiales justitiæ excellit atque dig-
nissima post omnes Theologicas virtutes est re-
ligio, cujus etymologiam quidam deducunt à rele-
gendo, alii à religendo, alii à relinquendo, eò
quod religiosa à nobis non attingantur, sed relin-
quantur & deponantur. Optima verò videtur de-
ductio, qua S. Aug. lib. de vera relig. tom. 1. cap.
55. vocem illam deducit à religando: *ei u. i reli-
gantes animas nostras, unde religio dicta creditur &
iterum religet ergo nos religio uni omnipotenti Deo,*
quam

De
quam de
duplicite
lem præ
tium obli
munis di
centurio
Deum. I
servantia
tum tend
pria, d
tem reli
num tu

De esse

DICC
ren
quantum
gubernati
Explic
religionis
cum dispo
tem habitu
generalia in
tellectum
delectabili
omnium p
missa men
sistentem
quam non
tu signu
significat
missionis.
prout est
specialem